



cuntur, quum nimia alimenti ubertate quodammodo lasciviunt, ramos, frondesque justo plures emittentes. ¶ *פָּרַסְרָאֵךְ*. *לְבָשִׁים*. GAL. S' abandonner à toutes superflitez, delices & voluptez : croistre trop. ITAL. Redondare, s'abondare, lussuriare. GER. Seilen. HISP. Enviciarse, ser superfluo. ANGL. To spring or grove ranklie, to exceede, to be rioton and geven to riot. Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Luxuriavit corpus in modum Immodicum. Gell. cap. 22. lib. 7. Item Vereor ne hac quoque latitia luxurier nobis ac vana evadat. Liv. lib. 3. bell. Pun. Columel. lib. 3. Cacumina virgarum, ne luxuriantur, demutilato. Plin. lib. 18. cap. 24. Aliqui in frigidis ab equinoctio autumni, in calidis sc̄t̄ius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur, quum abunde stercorati præter modum feraces evadunt. Ovid. 1. Epist.

*Luxurias Phrygio sanguine pingui humus.*

¶ Transfertur & ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otiose lasciviunt. Tibullus,

*Luxuriant animi rebus plerunque secundis.*

Ovid. 15. Epist.

*Deliciisque decet luxuriare novit.*

Idem lib. 5. Fast.

*Nos quoque idem facimus tunc, quum juvenilibus annis*

*Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent.*

Liv. lib. 1. Positis exterorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuera. ¶ Differunt autem Luxurio, & luxurior; quod Luxurio in laude, ut apud Virgil.

*Luxuriatque toris animosum peccus.*

¶ Luxurio, abundo, superfluo, Ovid. 4. Fast.

*Nam modo siccus erat gelidis aquilonibus annus,*

*Nunc ager assiduus luxuriabat aqua.*

Luxurior vero in crimine est. Cornel. Severus :

*Luxuriantur opes, atque otia longa gravantur.*

Ex Diomede Grammat. lib. 1. ubi ait in exemplo Virgilij luxuriare, non lasciviam mentis significare, sed habitudinem corporis. ¶ Luxuriare in immodicum modum. Gell. lib. 7. c. 22. Existimandum est, non omnino inculpatum, neque indecidem visum esse, cujus corpus in tam immodicum modum luxuriasset exubeatque. ¶ A luxurior, sit compositum Eluxurior, de quo vide suo loco.

Luxuriantur, particip. { פָּרַסְרָאֵךְ. u. *εργαλείας*. ANGL. That useth things excessively. Horat. lib. 1. Epist. 2.

*Latiſemque heabit divite lingua :*

*Luxuriantia compescet, nimis aspera fano*

*Levabit cultu.*

Luxuriantem civili sanguine Antonium. Senec.

Luxuriantur, participium. { פָּרַסְרָאֵךְ. x. *εργαλείας*. ANGL. That hath useth things excessively. } Ovid. lib. 5. Trist. Eleg. 1.

*Non tamen ut lusit, rursus mea litera ludet :*

*Sit semel illa meo luxuriata joco.*

Fames luxuriata multo sanguine, Stat. 2. Theb.

Luz, nox, Syriaca vox.

### L Y

Lycas, λύκας. Vnum ex Liberi patris cognominibus, inde impositum, quod immoderatus vini usus pariat λύκον, hoc est, rixam & seditiones. { Εἰν γιναμόντων Bacch. } Aut certe παρά τὸν λύκον μέλη τὸν περιουσίαν, hoc est, ab eo quod ebriorum membra solvat: unde & λυκοπέδης à Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Æneid.

Legifera Cereris, Phœbique, patrique Lyco.

Lyceus, αὖτος, pro Lycius. Virg. 1. Æneid.

Regales inter mensas, laticemque Lycaum.

Lycabas, αὐτίς, λύκας, annus; λύκος λύκος, id est, lucis (h.e. Solis) incessu, quo annus describitur. Eustath. vult dici à λυκαιοῖς βαινειν, quod obscurè & latenter ear.

Lycabētūs, i. λυκεβῆτης Suidæ, Atticæ mons est apud Plin. lib. 5. cap. 7. Lycæa, λυκεῖα. Sacra erant in Lyco Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Evandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta sunt, ut placet Ovidio lib. 2. Fast. Pausanias tamen in Arcadicis Lycæa Iovis sacra fuisse tradit à Lycaone Pelasgi filio ad Jovis Lycae aram primum instituta. Vide Cælium Rhodig. lib. 24. cap. 17.

Lycæus, i. λυκεῖος, Arcadiæ mons Iovi sacer, teste Pausania in Arcadicis. olim etiam Olympus, & ἵππα κορυφὴ, id est, sacer vertex ab incolis appellatus, quod Iovem ibi educatum existimarent. In quo etiam monte Iovis Lycae ara fuit, à Lycaone Pelasgi filio primum consecrata, quam quum postea mactati pueri sanguine respersisset, in lumen dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iovis lycae lucus, quem si quis lege spreta esset ingressus, annum supervivere negabatur. Item fons insignis nomine Agno, tam admirabilis naturæ, ut redivina ibi curiosius peracta, quernoque ramo aqua leviter commota, mox densus inde surgeret vapor nebulæ assimilis, quæ non multò post effecta nubes aggregatis item aliis, largos dimitteret imbræ. Hæc Pausanias. Constat tamen Lycaum montem non soli Iovi, verum etiam Pani sacrum fuisse. Virg. 1. Georg.

*Ipse nemus linquens patrum, saltusque Lycæi,  
Pan ovium custos, tua si tibi Manala cura,*

*Adsis d' Tegæ favens.*

Hinc etiam Lycaeus passim à Poëtis cognominatur. Idem lib. 8. Æneid.

*gelida monstrat sub rupe Lupercal.*

Parrhaio dictum Panos de more Lycae.

Lycambes, is, per tertiam, vel Lycambes, εἰς, per primam declinationem, λυκαμβός, Neobules pater fuit, qui quum filiam Archilocho Poëtæ despondisset, posteaque poenitentia ductus, non tradidisset, tam acerbo carmine ab eo est perstrictus, ut una cum filia laqueo vitam finierit. Horat. in Epod. Ode 7.

*in malos asperimus*

*Parata tollo cornua :*

*Qualis Lycambe spretus infido gener,*

Lycambes, αὖτος, Ovid. in Ibin.

*Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.*

Lycanthropia, λυκανθρωπία, Melancholica affectionis, sive insaniz genus est, quo qui afficiuntur, lycanthropi. λυκανθρωποι dicuntur, teste Ægineta, eo quod lupos imitantur noctu è lectis exilientes, & ad diem usque inter sepulchra diversantes, facie interim pallida, oculisque arescentibus, & lingua, sitibundi quoque, cruribusque immedicabiliter exulceratis.

LYCAON, is, λυκανθρωπος, Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Jupiter, quod aram suam in Lyco monte mactato puer, sanguine respersisset, in lumen mutavit: ut scribit Pausanias in Arcadicu. Ovid. tamen lib. 5. Metam. omnino aliam tradit transformationis hujus causam, quæ sic habet: Jupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen omnia crederet, ut rem omnem certius exploraret, relicto cœlo in terras descendit: aliquotque regionibus peragrat, tandem sub noctem in Arcadiam pervenit ad Lycaonis regiam, ubi quum se Deum esse significasset, vulgusque se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum factum esse dixit, defumne an mortalem hospitio suscepisset, conatusque est noctu dormientem interimere. Quod quæ frustrâ tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obsides à Molosorum gente ad se missos: horum unum jugulavit, partimque assūm, partim elixum, Iovi epulandum apposuit. Cujus rei immitate indignatus Jupiter, regiam tyranni immisso fulmine exsusit, ipsūisque in sylvas fugientem, in Lupum transformavit. ¶ Alius fuit Lycaon Nelei filius: frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Atlai Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit, ut placet Homer. lib. 11. Iliad. ¶ Lycaon, item faber insignis fuit ex Gnosso Crete urbe, artifex ejus ensis, quem Ascanius dedit Euryalo: de quo Virg. 9. Æneid.

Lycæonia, λυκανθρωπία, Asia regio, Cappadociæ pars secundum Ptolemæū, ad Taurum montem pertingens ea in parte, qua Pamphilia imminet. Vrbes habet Iconium, Adopissum, Cannam, Paralaida, aliisque complures, quas vide apud Ptolemæum lib. 5. c. 6. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone Rege Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit. Ovid. Eleg. 2. lib. 3.

Lycæonēs, λυκανθρωποι. Populi Lycaoniae in finibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycaonii appellatur. ¶ Lycaones alij à Ptolem. lib. 5. c. 2. collocatū in finibus Lyciae, non procul à Themizoniis.

Lycæoniūs, Adjectivum, λυκανθρωπος, ut, Axis Licaonius, Septentrionalis. Ovid. 3. Trist. Eleg. 2.

*Quæque Lycaonio terra sub axe jacet.*

Lycæoniūs, aliud Adject. Idem quod Lycaonius. Ovid. lib. 2. Fast.

Lycapsus, vicus prope Lydiam, Steph.

Lycas, lycisca, lycitas, canis nomen, à lupis ductum. Iun.

Lycaste, λυκάση, filia fuit Priami ex concubina, cuius amore flagrās Polydamas Antenoris & Theanū sororis Hecuba filius, eam uxorem duxit. ¶ Fuit item Lycaste meretrix nobilis apud Drepanum Siciliæ urbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buren, Amyci Bebryciorum regis filium hospitio exceptisset, ejus cōcubitus usq; Erycem ei peperit; quo factū est, ut apud posteros creditū fuerit, Buren ex Venere Erycem genuisse. Vide supra in dictione Bures.

Lycastus, λυκάσης, urbs Cretæ, ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur. Strab. lib. 10.

Lyce, lux prima, solem præcedens, inde lupi dicti quod tunc prædatum erant.

Lycēum, λυκεῖον. Gymnasij celeberrimi nomen juxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio Philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cic. 1. Acad. Qui erant cū Aristotele. Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano, à nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum. de quo lib. 1. de div. Nuper inquit, quum essem cum Quintil. fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus, id enim superiori gymnasio nomen est, Perlegi (inquit ille) tuum paulò antè tertium de natura deorum, &c. Hujus nominis pen. prod. à Cic. in versu illo,

*Inque Academia umbrisera, nitidoque Lyceo,*

*Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.*

Lycēus, λυκεῖος. Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer fuit, & ubi templo bicornis Fauni. Ovid. lib. 2. Fast.

Lychas, λυχας, nomen famuli Herculis. Ovid. lib. 9. Metam.

Lychnæus, lapis pellucidus.

Lychnaptes, qui lucem accedit.

Lychnia, dioptra ad lychni, seu lucernæ modum suspensa. Heron.

Lychnicum, lucernarium, tempus vespertinum, quo lucernæ accenduntur, Pallad. Lex. gr. b.

Lychnidium, lucernula.

Lychnia, olivæ dictæ, quod optimum dent lumen. Isidor. lib. 17. c. 7.

Lychnidus, λυχνίδης, vulgo Orida, Macedonia oppidum, sub Candavia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strab. lib. 7. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

Lychnis coronaria, λυχνίς στεφανών. Herba est, quæ à Romanis geniculatis, vel bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine, sed purpureum. Ne dicitur ad coronas. Plin. lib. 21. c. 4. rosam Græcam appellat: vulgus hodie Candelariæ. ¶ Lychnis sylvestris, λυχνίς ἡγετία, herba est sativæ lychnidii per omnia similis, cuius radicem Afiani boliten vocant. Dioscorides à Romanis accipitritum pedem appellari testatur. Penitus tamen diversa est à lychnis, sive lutea, quam vulgus hodie Accipitriini pedi nomine cognoscit. ¶ Plin. lib. 25. cap. 10. Lychnidem agricolum scribit esse herbam lino simile, radice nulla, flore hyacinthi, semine vitulinorum narium similitudinem referente, aliisque nomine antirrhinon, sive anarhinen appellari.

Lychnitēs, λυχνίτης. Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quod ad lucernam in cuniculis cæderetur, sicut Plin. lib. 36. cap. 5. testatur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernatum accensarum præcipua gratia. Plinius lib. 37. cap. 7.

Lychnitēs,

**Lychnitis**, idis, λυχνίς, Laous in Occidentali tractu Macedoniz, sub Carnania monte, cui imminet oppidum, nomine Lycenidus. Vide Steph. & Strab. lib. 7.

**Lychnitis**, tidis, λυχνίς, Herba est ex phlomidos generibus alio nomine thryallis dicta:foliis ternis, aut quaternis, crassis, pinguibus, pulmosis, ad lumina lucentiarum utilibus. Autor Plin. lib. 23. c. 10.

**LYCHNIUM**, candelabrum.

**Lychnūs**, i. ξενον. λυχνός, Græcis idem est, quod nobis lucernā, μαρτιφέρ τὸ λύκνον τὸ λύκνον. GAL. Lampe, lumiere, chandelle. ITAL. Lucerna, lume. GERM. Ein liechstöckel oder ampel. HISP. Candil, lumbre. ANGL. A lampe, light or candle. 3 quod tenebras solvat. Virg. 1. Æneid.

dependent lychni laquearibus aereis.

Plautus, Lucernam eminge parumper, ut videat anus, ubi pedes ponat. Lychni peniles, lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex laquearibus suspensæ totum illustrabant triclinium. ¶ Hinc ellychnium ελλύχνιον, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, ut effuso oleo flammam nutriat.

**Lychnobij**, λυχνόβιοι, Dicti sunt, qui loco dierum noctibus utuntur, & ad lucernas vivunt, quasi lucernarij. Apparéque proverbij joco dictos qui lucernariam vitâ ducerent, ut torqueri possit in nocturnū potorem, vel hōminem supra modum studiosum, qui (quemadmodū dictum de Demosthene) plus absumat olei quam vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Senec. ult. ep. al. 122. Nil consumebat, nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam avarum & sordidum. Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

**Lychnūchūs**, ξενον menorah. λυχνής. GAL. Va chandelier, ou qui tient la lampe, qui tient la chandelle, ou autre lumiere. ITAL. Lucerniere. GERM. Ein liechstöckel alles darauff ein liecht steh ein liecht trager der da zündet. HISP. Donde se pone el candil. ANGL. A candlestick. 3 Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, sive id sit candelabri genus, sive hōmo quispiam lucernam gestans. Plin. lib. 34. c. 3. Placuere & lychnuchi peniles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes. Suet. Iul. c. 38. Elephants Lychnuchos gestantibus.

**Lychnuchi**, pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephan- tis gestabantur. Suet. in Cas. dict. cap. 37. Ascenditque Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

**Lycia**, λυξία, Regio minoris Asie inter Pamphiliam & Cariam sita: olim (si Poëtarum fabulis credimus,) Chimæra monstri ignibus infestata. Cujus fabula occasionem præbuit Chimæra ejus regionis mons, crebro ignem eructans. Dicta est autem Lycia, à Lyco Pandionis filio, urbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam à qua Apollo Patara cognominatur. Rhodium & Lyciam subigit.

Plaut. Curc. sc. 1. a. 5.

**Lycius**, gentile. Virg. 1. Æneid.

Vnam, qua Lycios, fidemque uehebat Orontem.

**Lycius**, a. um, adjективum, ut Lycia sortes, apud Virg. 4. Æneid. id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

**Lycidas**, ξενον. Nomen Centauri unius ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam etipere conati, à Lapithis interempti sunt. Ovid. 12. Metam.

At non Eurynomus, Lycidasque & Araus, & Imbreus

Effugere necem.

¶ Est & nomen pastoris, apud Virg. 9. Eclog.

**Lycimniūs**, sive potius Lyciminus, λυκίμνος. Avus maternus Herculis, quem Tlepolemus, eisdem Herculis ex Astiochia filius jam aetate proiectum interfecit. Autor Homer. in Catalogo.

**Lycisca**, nomen canis proprium, à lupi (ut videtur) similitudine impositum, sive ab eo quod lupum coercent. Virg. 3. Eclog.

Multum latrante Lycisca.

Servius Lycicas vocari arbitratut canes ex lupo, & cane fœmina natas: cujusmodi in Cyrenaica Libya gigni scribit Aristoteles. Plin. lib. 8. cap. 21. hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniisque dentibus frangere ait, & devorata protinus concoquere.

**Lyciscus** nomen cujusdam pueri. Horat. 1. Epop. 11.

**Lycium**, λυκίον, Dioscoridi, spinæ genus, folia habens buxeis similia: unde & pixacantham appellantur. Virgas habet tricubitalis, quibus cū radicibus tufis, succoque expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissime in Lycia Asie regione, teste Dioscoride: unde & nomen videtur accepisse. Plin. lib. 24. cap. 14. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chitoniam appellant.

**Lycius**, λυκίος, Apollinis cognomen: vel λυκός & λυκῆ, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam, quæ præcedit Solem; vel (quod verius puto) à Lycia Asie regione, in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram urbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui, quod lupi naturam imiterur hauiendo humore vi caloris vehementiore, Lycium dictum contendunt.

**Lyco**, nomen Trapezitæ. Plaut. Curc. sc. 3. a. 1.

**Lycotonon**, λυκότονος, Aconiti genus, ita dictum, quod eo in crudæ carnis osse occultato lupos necent venatores. Vide Dioscorid. lib. 4. cap. 66.

**Lycomedes**, λυκομήδης, Scyi insula rex, cui Thetis filium suum, dormiente præceptore suo Chirone, clam raptum servandum tradidit, ut ibi inter eisdem regis filias (erat enim facie venusta & relegantis) ut facile pro puella sese gereret muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, à quo non reversurum sciebat, profici sci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamiam regis filiam vitiavit, & ex ea Pyrrhumi suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creonis filius, cuius meminit Hom. lib. 9. Iliad.

**Lycon**, λυκών, Philosophus Peripateticus fuit, ex Troade Asie regione, in dicendo adeò suavis, ut pro Lycone Glycon nominaretur, trago nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitiæ nitidissimus, lucta & pilæ lusione exercebatur. Perit podagra mortbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon, quidam orator, unus ex accusatoribus Socratis: de quo Laertius in vita Socratus, Fuerunt & alij eisdem nominis, quorum meminit idem Laertius.

**Lycone**, λυκών, urbs Thraciæ, gentile Lyconicus. Steph.

Lycopanthēros, animal lupum & pantheram referens. Gesu.

Lycophilia, lupina amicitia. Rhodig. lib. 21. c. 24.

Lycophili, suspecti, latentes, quibus non fidendum. Idem.

Lycophos Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis. Dictum autem λυκόφως, quasi λυκός, φῶς, id est, lumen candidum. Fest. ubi Scaliger: Imò dictum, quod λυκή lux apud veteres. Unde mansit in λυκή, inde etiam lux, & lucere: At λυκή tamen bene ex eo, quod λυκή Lux candida est, alba aurora, unde & Gallis Aurora, aurora, & Alabe, quia alba, usitata illis literæ, l, clisone. Ideo & Leucothea aurora. Gloss. Cyr. λυκόφως, crepusculum, diluculum. Apul. lib. 7. initio, ut primum, tenebris abjectis, dies in albebat.

Lycophron, λυκόφως, Poëta patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione vero Lyci Regini historici filius inter septem Poëtas, qui Pleiades dicebantur à numero stellarum, à Philadelpho Ptolemaeo receptas. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philocætus, Homerus junior, & Lycophron. Tragedias ejus enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poëma valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Cassandrae: exorsusque ab Hercule & rebus Troianis, prosequitur usque ad Alexandrum Macedonem. De hujus morte, Ovid. in Ibin:

Vix cothurnatum periisse Lycophrona narrant,  
Hoc erat in fibris fixa sagitta tuis.

¶ Alius fuit Lycophron Periander Corinthiorum regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia: quam quum Periander gravidam, iactu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclem se receperit. Verum repente filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, flens admonuit, meminisse eos debere quinam matrem corum occidisset. Quod verbum tam latè Lycophronis menti insedit, ut Corinthum reversus additæ non portuerit, ut aut prior patrem salutaret, aut ab eo compellatus, verbum illum non posset. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædibus eum ejecit, edicto simul proposito, Apollini ut sacer esset quisquis eum testo reciperet. Cujus edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quanta demum die in portico quadam à patre inventus illuvie squalidus & inedia tantum non enectus, blandèque ab eo invitatus, ut posita pertinacia regni successione miserrimo præferret exitio, nihil aliud respondit, quam caput ejus Apollini deberi, quod contra edictum in colloquium suum venisset. Periander itaque animadvertis gravius esse malum filij, quam cui facilè mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curavit. Ve dum quum ingravescente jam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administranda minus idoneum esse, missa ad Lycophronem soro, ad regni administrationem eum evocavit. Cui quum ille respondisset se patre vivo Corinthum non reversurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio, Periander consensa navi, in Corcyram cursum tenuit, futurum ratus, ut filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere felicit Edicti enim de his omnibus Corcyrae, qui Periandro male cupiebant, ut adventum ejus intercluderent, Lycophronem inter imunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, ut insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyraeorum pueros Sardis ad Halyattum regem miserit castrandos, qui tamen quum Samum appulissent, beneficiis Samiorum servati sunt, & incolumes domum remissi. Vide Leodot. lib. 3. & Laert. in Periandro.

**Lycophthalmus**, λυκόφθαλμος. Gemma est quatuor colorum, ex rubro & languineo, in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. lib. 37. cap. 11.

**Lycopodēs**, tyrannorum satellitum. Rhodig. lib. 21. c. 14.

**Lycopodium**, muscus terrestris dici cœpit, qui à Germanis vocatur Wolfs Haaren. λυκός πτερος, est lupi pes. Vide Dodon. 3. 5. 14.

**Lycopolis**, λυκόπολις, urbs Ägypti, à lupis dicta, quod Äthiopias Ägyptum incursantes, lupi facta acie usque ad urbem Elephantinan repulserunt. Ibi Ägyptij Lycopolim considerunt, à bestiis illis non men imponentes, quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodor. lib. 2. Germanicè dici posset. Wolffstatt.

**Lycopsis**, λυκόψις, Anchusæ species, longioribus quam lactuca foliis, crassiorib[us]que, caule longo, hirsutoque. Vide Plin. lib. 27. cap. 11. Galli Lingua caninam appellant.

**Lycorea**, λυκόρεα. Vicus in Delphis, à Lycore rege. Civis Lycorus, Lycoreus, Lycorites. Est & Lycoreus Iupiter, & λυκόπειος percepitur. Steph.

**Lycoris**, λυκόρεα, Volumhij Senatoris liberta fuit, vero nomine Cithiris dicta, miserè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto, Antonium in castra sequuta est. Virg. 10. Eclog.

tua cura Lycoris

Pérque nives alium, pérque horrida castra sequuta est.

**Lycormas**, λυκόρημα. Steph. Fluvius est Ätolis, flavas arenas volvens. Hic postea Evenus, ab Eveno rege Ätolie, qui se in illum precipitavit, appellatus est; teste Strab. lib. 7. Ovid. lib. 2. Met.

Arsurūsque iterum Xanthus, flavusque Lycormas.

**Lycos**, λυκός. Minimum aranei genus, à rapacitate dictum. Plin. lib. 30. cap. 6. Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat, ut lib. 11. cap. 14. Luporum nomine minimi non texunt.

**Lycosthene**, λυκόσθηνη, vel λυκόσθηνα, urbs Lydiæ, Steph. Gentile Lycostheneus, vel Lycothenites.

**Lycozea**, λυκόζαι, urbs Traciæ, cives Lycozei, Steph.

**Lycosura**, λυκόσυρα, urbs Arcadiæ in Lyceo mōte, inde Lycosureus, Steph.

**Lycotonia**, urbs Cretæ insulae, ut norat Tortellius.

**Lycotus**, λυκότης, Cretæ urbs editio in loco sita: unde & Lithon quidam appellaverunt, teste Steph. de urb. & Strab. lib. 10.

**Lyctius**, gentile, λυκνός, ut Lyctius Idiomeneus, Virg. 3. Æneid.

**Lycurgus**, λυκούργος, Nobilis Spartiate fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi. Lacedæmoniorum regis: cui eriam in regnum successit, ignarus Eunomum uxorem gravidam reliquisse. Quod ubi primum cognovit, posito regis nomine, Prodicæ, hoc est tutoris nomen assumpsit, regique adulto (Charilaos ei nomen erat) regnum fideliter testituit.

restituit. Verum quum civitatem pessimè institutam animadverteret; ad constituant salubrioibus legibus Rempublicam animum adjectit. Conscriptis itaque iis, quæ longa peregrinatione didicerat, civitati urilia fore. Delphos sece contulit, ut dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quinque Pythia consilium ejus à Phœbo maximè probari, deique potius quām hominis inventum esse respondisset, alacrior ad peragendum institutum factus, fôro aliquot armatis occupato, leges suas perfert: quibus quum jam cives mediocriter assuefactos videtur, ut quas tulerat leges aternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simular arduum quiddam adhuc superesse, quod ad civitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggredieandum non esset: eaque de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reip. interesse, ut leges quemadmodum latæ erant, in redditum suum inviolata servarentur: idque ita futurum primum à regibus, deinde à ceteris omnibus iusjurandum exegit. Profectus itaque Delphos quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis abolutius esse, felicissimamque fore civitatem eam, in qua illæ grām diutissimè servarentur, constituit sibi amplius in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando jure jurando soluti, leges suas excuterent. Misso itaque Spartam oraculo amicosque itineris comites amplexus, iisque dimissis, Cirrham concessit: ubi mox suis sibi manibus necem concivit. Quanquam alij in Crissa, noonulli etiam in Creta interiisse volunt: ubi etiam ejus sepulchrum apud Pergameam urbem ostenditur. Spartani mortuo facillum consecrarunt, & ob singularia ejus in patriam merita divinos ei honores tribuerunt. Vide latius vitam ejus apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hippolytes, cuius meminit Statius lib. 5. & 6. Thebaidos. ¶ Fuit & Lycurgus alias, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas moderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno exci-  
- jussit, ut scibit Plutarch. eo opus. quod de Poëtarum utilitate scripsit. Hinc datus est Poëtis locus fabulae, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum esse, adeò ut nutrices illius in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incurrerit, ut præcipiti fuga trajecto mari, in Naxum se receperit: ideoque justa numen ira Lycurgum in furorem conversum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cuius meminit Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Alemæon, atque Orestes & Lycurgus [infani.] Item Virg. 3. Æneid.

Terra procul vastu colitur Mavortia campus.  
Thraæ arant, acri quondam regnata Lycurgos.

Lycurus, a. um, λυκούργος. Cic. ad Attic. lib. 1. Nosmetipsi qui Lycurgi à principio fuilemus, quod die dimirigamus. Ubi interpres, Lycurgi, id est optimates, legum auctoræ, & propugnatores, qualis Lycurgus, apud Laconas legum conditor, Budæus severissimum inter-  
plicatur.

Lycus, λυκός, Beotia rex fuit, qui Antiopam Nyctei regis filiam uxorem duxit, quam postea, quum à Jove in Satyrum converso compresam cognovisset, repudiavit, Dirécmque uxorem duxit, quæ veritate A. antiopæ cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asse traxit, quibus Jovis miseratione dissolutis, in Cithæronem móte in profugis, ubi Amphionem & Zethum peperit, qui postea à patre, qui iplos nutriderat, de Lyci iniuria educti, cum una cum uxore, interfecerunt. Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad inferos descenderat, iei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupavit: quumque jam Megarae Herculis uxori vim inferte pararet, opportunè illius redditus oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furenie. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Æneæ comitibus de quo Virg. lib. 1.

Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum  
Fata Lyci.

¶ Est etiam Lycus, λυκός, fluvius Ponti, præter Heracleam Marianinorum in Pontum Euxinum influens. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. ¶ Alius item est ejusdem nominis fluvius in Asia, Laodiceam præterfluens, cuius meminit idem Plin. lib. 2. c. 29. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluvius, Rhætos ditimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum, in Danubium illabens, teste Ptolemaeo. lib. 2. cap. 12. ¶ De Læch.

Lyddæ, λυδία. Iudæ oppidum, ad occasum Jordanis fluvij, teste Ptolemaio. lib. 5. cap. 16. & Plin. lib. 16. cap. 14. Vulgo Rama.

Lyde: Ovid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.

Nec iam Clario Lyde dilecta Poëta.

Lydiæ, λυδία. ludhæ. λυδία. Regio Asiae minoris. Cræso rege & Paolo aurifero lumine notissima, quæ flexuosis Meandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, hrigia ab oru Solis vicina, ad Septentzionem Mysie, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo, Atios filio quum antea Mæonia vocaretur. Urbes habet Philadelphia, Hypēpas, Magnesiam, & Sardis Cræsi regiam, totiusque regionis caput. Hujus regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi aurum, argentumque signarunt: primique capones, insitoresque fuerunt, autor Herodot. lib. 2. ¶ Lydus in meridie, λυδός εν μητραιεσσι. In hominem inficiatae, aut etiam intempestivæ libidinis dictabatur. Narrant Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tantum nocte vacarent voluptati venetæ, verum etiam ipso meridie lascivient. manibus fœdum opus peragentes. Unde λυδάζει, dicunt Græci, pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydus cauponatur, λυδός καπηλιού. In effeminatos, & voluptribus deditos jacebatur. ¶ Lydum in planitiem provocas, λυδός εἰς μέλος αφεντεῖς. In eum competit, qui lacessit jamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum plus a quo propensiores essent.

Lydius modus in Musicis dicitur, qui decurrit in F & f, divisus in C, finitus in F. levatus decurrit inter b & bb, dividitur in f. Durus est & minax, luciano βαρύως, id est, insanus. Ambitu ejus est fa ut, vel fa, ut, sol, ut, quum in Ionicum mutatur, sed tum pro mi accipit fa. A Lydis populis dictus est. Vide Glareanum. Aiunt, Lydios modos à Catio Lydo inventos, qui Iovis habitus est filius & Torebix. Minus

incitata est Lydia, quam Phrygia harmonia. Vide Scaliger. lib. 1. Poët. c. 19.

Lydius, lapis. Coticula est, cuius attritu aurum proditur cuiusmodi sit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto de natura lapidum, βάστα. Latini etiam Indicem appellant, in quem Batus ille pastor apud Ovidium transfiguratus fingitur, manente nimis etiamnum prodendi studio. De hoc meminit Plin. lib. 3. c. 8. his quidem verbis, Auri argenteique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quoniam non solitus inveniri, nisi in flumine Tmolus, ut autor est Theophrastus: nunc vero passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Iis coticulis periti quum è vena, ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulati differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem auctem proverbij habet in eos, qui vehementer acri, exacto que judicio sunt, ut lapides Lydij, λύδοι ἡράκλειοι, ή λύδαι vocentur, Tibull. lib. 4.

Non mibi regna

Lydia non magni potior sit fama Philippi.

Lydij barbari, i. Ludij. Vide Ludius.

Lydus, λυδός. Herculis filius ex Iole. Alter filius Athyos, & frater Tyrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem Mæonia populum suum alere non posset, Tyrrenus sorte jaeta discedens, cum ingenti multitudine ad Italianam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare infelix versa est, & à se Tyrrhem nominavit, marisque ipsum Tyrrhenum: Lydus vero remanens, Mæoniæ de suo nomine vocavit.

Lygdamus, λυγδαμός, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adjutor. Herodot. lib. 1.

Lygdamum, oppidum Teuthranæ, quæ Myssæ pars est, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

Lygos, seu Lygnus, λυγός. Frutex est ad justæ penè arboris magnitudinem excrescens, in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia olivæ, sed molliora. ¶ Duo ejus sunt genera unum flore partim albo, partim purpureo; alterum flore purpureo tantum, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à tamorum flexibilitate. Nam λυγός, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant, Agnum calum.

Lyle, λύλη, urbs Arcadiæ. Gentile, Lylæus Steph.

Lymira, oppidum est Lyciae, cum fluvio ejusdem nominis, in quem Arcaudus influit, teste Plin. lib. 5. cap. 17. Ptolemaeus transpositis vocabulis λιμναὶ appellat.

Lympha à νύμφῃ. Quidam scribunt Limfa, aut limpa, & inde ducent Limpidus. Λιμφαῖς. maij- λαργα GAL. Eau. ITAL. Acqua. GERM. Wasser. Hisp. Agua. A nostris aqua, per mutationem n, in I. quasi Nympha. Nam Græcæ dicitur νύμφῃ. Col. lib. 10.

Doctaque Parthenope Sebe: hide roscida lymphæ.

Virg. 4. Æneid.

Dic corpus properet fluvali spargere lymphæ.

Horat. Epop. 16.

montibus altis

Levis crepante lymphæ deslit pede.

Virg. 9. Æneid.

hauxit de gurgite lymphas.

Restringere pocula lymphæ.

Horat. Se. m. 1. sat. 5. Tibull. lib. 4. Regia lymphæ.

Lymphatici, Furiosi, insanientes, quasi Nympharum conspectu in furorem versi. Λυμφαῖς meschughghahim. νυμφόληπτοι. GAL. Furieux, troublez d'esprit par quelque vision. ITAL. Matti, pazzi, stolti, furiosi. GERM. Unsinnig/verscheucht. Hisp. Locos, ravingos. ANGL. W'which ar mad or out of wit by seeing some thing in the water. A. Nam creditum est ab antiquis, ut inquit Festus, qui in fonte speciem quandam, id est imaginem nymphæ vidisset, future corripi, quos Græci, νυμφοληπτοι, Latinis lymphaticos vocant. Plin. lib. 2. 5. cap. 5. de Elleboro albo. Medicetur itaq; morbis coinitialibus, vertigini, melancholicis insanientibus, lymphaticis. Idem lib. 2. 5. cap. 8. Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur. Livius 10. ab Urbe. Ita victorem equitatum vel lymphaticus pavor dissipat. Tales sunt ferè ij, qui certi & larvati dicuntur; quasi Cereris ira, aut larvarum occurrence vexati. Plautus, Larvatus certe es, aut ceritus. Et alibi, Iube hanc pro certa circumferri lymphatici metus. Senec. Epis. 85. Lymphatici nummi apud Plautum. Vide verbum Consisto.

Lymphio, vide Philoponus.

LYMPHO, as, verbum activum. In furorem ago. Λυμφαῖς chighghah. εκπαίω. GAL. Mettre en fureur, hors du sens. ITAL. Infuriare. GER. Unsinnig oder verscheucht machen/verrohren. Hisp. Raviar, γράζειν, η bazer raviar à otero. ANGL. To make mad. Valer. 3. Argonaut.

Rupta quies: Deus ant p' tem lymphaverat urbem, id est, turbarat, & in belli furorem verterat. Ejus passivo usus est Plin. lib. 3. 4. c. 17. Hac herbâ epora lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur lymphor deponens, teste Prisciano, ut apud Curtium, Quippe lymphari, trepidare coepérunt, omnium pectora occulto mente percurrente. Nisi forte ibi malimus legere lymphati.

Lymphatus, a. um, Furiosus, insanus, furore corruptus. Λυμφαῖς meschughghah. νυμφόληπτοι, φυμόληπτοι. GAL. Forcené, furieux, troublé de son sens pour quelque vision. ITAL. Insano, furioso, pažzo, GER. Unsinnig. Hisp. Ravingo, ANGL. Mad, furious. Horat. lib. 1. Carm. Ol. 37.

Mens ēmque lymphatam Mareolico

Redgit in versus timores.

Virgil. 4. Æneid.

Immensam sine more fuit lymphata per urbem, (i. mente commota, furiata.)

Plin. lib. 3. 0. cap. 10. Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpe aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare. Lucan. lib. 7. Pectora lymphata. Ovid. 11. Metam.

Lymphaticus, furiosus, Varro lib. 6. In Gracia cōmota mente, quos λυμφοληπτοι appellant, ab eo lymphatos dixerūt nostri. Editio Aldi haec νυμφοληπτοι, scil. corruptos à nymphæ, vel nymphæ spiritu.

Lymphatico,

Lymphatōnis. { Λύνω schighaghón. νυμφελήνια, φρενοληψία. GAL.  
T'roublement d'esprit, forcenerie. ITAL. Pazzia, furia. GERM. Würung.  
HISP. Aquella obra de raviar. ANGL. Rage, madness. } Plin. lib. 35.  
cap. 15. Et præfixisse in limine è sepulchro evulsos clavos adversus  
nocturnas lymphationes.

Lympeones, antra nympharum, vel officinæ, & sacraria artium. Turn.  
Lyncestis, λυγκέτης, Macedoniat fluvius est, cuius aqua pota non minus  
ebrietatem inducit, quam si quis vino se ingurgitasset. Plin. lib. 2.  
c. 103. Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis,  
λυγκέτης, Macedonia regio in Occidentem versa: eius caput est  
Heraclea, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. ¶ Hujus incolæ dicuntur Lyn-  
cestæ, quorum meminit Plin. lib. 4. c. 10. Ceterum idem author lib.  
2. cap. 103. quod est de miraculis aquarum, fontium, & fluminum,  
Lyncestis vim describit. Lyncestis ( inquit ) aqua, quæ vocatur aci-  
dula, vini modo temulentos facit.

Lyncestis, a. um. Ovid. lib. 15. Metam.

Hinc fluit effetu dispar Lyncestius amnis,  
Quem quicunque parum moderato gurgite traxit,  
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

Lynceus, dissyllabum, hujus Lyncei, vel lynceos, penult. obliquorum  
correpta, λυγκέος, Vnus ex Argonautis tanta oculorum acie prædictus,  
ut diceretur, vel parietem visu penetrare, & ( ut ex historicis non  
nulli prodiderunt ) novissimam lunam, primâque eodem die in  
signo arietis conspicere: quod paucis mortaliū contigit vidisse.  
Hinc Valer. lib. 1. Argonaut.

— solus transfigit nubila lynceus.

Hinc Vattro centum triginta millia passuum prospexit scribit:  
solitumque exeuntem à Carthagine classem Punicam, numerumque  
navium, ex Lybieana specula manifestissime notare. Solinus refert  
fuisse Straboneum. ¶ Fuit & Lynceus alias frater Idæ, qui pro duabus  
Leucippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma  
sumperunt: initaque pugna, Castor Lyncei: Lynceus Pollucis manu  
occubuit. Idas vero, quem ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri,  
immissio à Iove fulmine interierit. Vide Ovid. ad finem lib. 5. Faſtor.  
Apollonius tamen in Argonaut. Idam à Castore imperfectam tradit:  
idque Lynceum per abitem vidisse, & Castorem occidisse. ¶ Fuit &  
Lynceus, qui Danao patruo interfecto Argis regnavit. Idcirco A'-  
yos λυγκέος, id est, Argos Lynceum, seu Lynceus nominatur. Unde  
apud Ovid. 1. Metamorph. Lyncea serva, i. Argiva.

Lynceus, a. um: per tres syllabas, λυγκέος, denominativum est à Lynceus  
formatum. Ovid. 5. Faſtor.

Pectora trajectus Lynceo Castor ab ense,

Non expectato vulnere preſſit humum.

Vitor adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſta,

Qua cervix humeros continuata tegit.

In primo carmine, Lynceo est adjективum: in tertio Lyncea est accu-  
sativus à Lynceus primitivo.

Lynceus, a. um, id est, Argivus, a. um. Ovid. 1. Metam. Vide in proxi-  
mo vocabulo, suprà.

Lynctrium, λυγκέα, Gemma est coloris subflavi, quam vetustas cre-  
dit ex lyncis urina concrescere: unde & nomen videtur accepisse:  
in qua eriam sententia fuit Plin. lib. 8. cap. 38. Item Ovid. 15. Met.  
ubi sic se habet,

Et quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit,

Venitur in lapides, & congelat ære tacto.

Récentiores tamen afferunt lyncis urinam non concrescere: quod  
etiam superioribus annis competitum est, lyncibus aliquot ex Africa  
in Galliam adveſtis.

Lynx, λυγκέος, Rex Scythia fuit, qui missum à Cerere Triptolemum,  
ut hominibus frugum usum commonstraret, suscepit hospitio, ut  
in se gloriam transferret, interim cogitavit. Ob quam rem irata  
Ceres eum convertit in lynceum feram varij coloris, ut ipse variae  
mentis extiterat. Hæc Servius. Ovid. 5. Metam.

Rex ibi Lynx erat regis subit ille penates.

Lyndus, vide Lindus.

Lynx, λυγκέος, urbs Lydiæ juxta Gades post Atlantem, est insula Atlan-  
tis, & urbs Lynxo, λυγκέα. Gentile, Lynxites, & Lynxius.

Lynx, cis, masculini, vel foeminini generis. { λυγκέος. GAL. Lynx, une espece  
de cerf de diverses couleurs, ayant le cuir tacheté, & la veue fort aiguë.

ITAL. Lupo cerviero. GER. Ein luchs ist ein stechechtig thier/hatt vberaus  
ein scharpff gefisch. HISP. Lobo cervical, animal de aguda vista. ANGL. A  
beast sharpe of sight called linx. } Animal est ex luporum cervatorum  
genere, vario colore, & maculoso tergore, acutissimóque visu. Plin.  
lib. 18. cap. 8. Peregrina sunt & lynces, quæ clarissimè omnium qua-  
drupedum cernunt. Horat. 2. Carm.

Timidos agitare lynces.

Virg. 1. Æneid.

— maculosa tegmine lynx.

Hujus urinæ in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapi-  
dem cum concrescere, quem ob id lynctrium appellant. Quod ta-  
men falso esse nuper competitum est, lyncibus aliquot ex Africa  
in Galliam adveſtis.

Lynx, a. um, adjec. Quod est Lynx, vel quod lynx habet natu-  
ram, λυγκέος. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

— na corporis optima lynxes

Contempleret oculis.

Est enim prius hemistichium versus dactylici finis: nisi per synæ-  
sim malis duas syllabas in unam contrahi. Homo lynceus, id est,  
vehementer perspicax, quem non facile quis fecellerit. Idem ad Verr.  
lib. 9. Epist. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurat?

Lyparis, gemma, cuius suffitu omnes bestiæ dicuntur evocari. Plin.  
lib. 37. c. 13.

Lyphologus, aliis maledicendo molestus. Suid.

LYRA, λυγκέα, κιθάρα. GAL. Vne harpe. ITAL. Lira. GERM. Ein leiren. HISP.  
Ciero instrumento musical de cuerdas, come guitarra, harpa. ANGL. An  
harpe. } Instrumentum musicum, in quo quot sunt fides, tot re-  
sonant voces. Ovid. Eleg. 1. lib. 4.

Fertur in abducta Biseide trifitis Achilles;

Æmonia curas attenuasse lyra.

Idem,

Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Idem, Eleg. ult. lib. 4. Trif. Lyra dicta, quasi λυγκέα, propterea quod  
Apollini à Mercurio ( qui eam primus creditur inventisse ) pro boum  
compensatione fuerit data: quum antè chelys diceretur. Formam  
habet ( ut inquit Plinius lib. 9. cap. 10. ) testudinis. Horat. 1. Carm.

Ode 10.

Te canam magni Iovis & deorum

Nuntium, curvaque lyra parentem.

Ovid. 10. Metam.

Te lyra pulsata manu, te carmina nostra sonabunt.

¶ Lyra etiam signum cælestis est Vattro lib. 2. de re rustic. cap. 5:  
Hoc secundum astri exortum factum, quod Græci vocant Lyram; Fi-  
dem nostri. Lyra occidit earto Nonas Februarij, vel certe Calen-  
dis Februarij, idque noctu, cœte Higino, quando occidunt terga  
Leonis. Ovid. 3. Faſtor.

Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum

Dicit, ubi est hodie qua Lyra fulſit heri?

Qui poëticam Astrologiam scriperunt, volunt hanc Lyram esse à  
Mercurio primùm inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo  
Apollini donatam. Apollinem autem, inventa cithara, Orpheo lyram  
concessisse: mortuo autem Orpheo, à musis in cælo fauile colloca-  
tam Alij dicunt esse lyram Arionis citharædi, qui floruit tempore  
Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium cithari-  
starum. ¶ Lyra etiam est pīcīs quidam Aristotelii lib. 4. hist. anim. 9.  
Meminit & Massarius in 9. Plin. cap. 18.

Lyra, lyra, voces nugatoria, nil significantes. Plaut. Turn.

Lyricus, a. um, adjективum, quod ad lyram pertinet. λυγκέα. Hinc Poë-  
ta Lyrici dicti, quod ad Lyram sua carmina cantabant, statuebat úr-  
que eis chorus quinquaginta virorum, ac tauri donabantur, Horat.  
1. Carm. Ode 1.

Quod si me lyricis vatibus inseris,

Sublimi feriam sidera vertice.

Modi lyrici. Ovid. Epist. 20.

— quum lyricis sim magis apta modis.

Lyricorum, pro carminibus lyricis. Plin. Junior lib. 1. Epist. 3. Scribit  
enim & utraq[ue] lingua lyricalia doctissima.

Lyricen, nis, qui lyra canit, cuius significationis est etiam lyristes,  
{ λυγκέα. GAL. Loueur de harpe. ITAL. Sonatore de lira. GERM. Ein  
leiter. HISP. Tannedor de aquel instrumento. ANGL. An harper. } Plin.  
jun. ad Genitorem. Quam multi, quum lector, aut lyristes, aut co-  
mœdus inductus est, calceos ponunt?

Lyristes, λυγκέα, verbale Græcum à λυγκέα, lyra cano.

Lyrcēus, λυγκέα, Fons Arcadiæ sub Cynuria monte, ex quo Inachus  
fluvius oritur. Autor Strabo lib. 4. cap. 8. & Stat. 4. Thebaid.

Aret Lerna nocens, aret Lyrcēus, & ingens

Inachus.

¶ Stephanus Lyrcēum agri Argivi montem esse ait, indeque vicinam  
regionem Lyrcēam appellari.

Lyrcēus, a. um, λυγκέα. Ovid. 1. Metam.

— jam pascua Lerna

Conſitāque arboribus Lyrcēa reliquerat arva.

Lyrcēus, a. um, per quatuor syllabas. λυγκέα. Valer. Flac. us lib. 1.  
Argon.

— dominum Lyrcēa tellus

Antraque deprena tremuerunt conscientia culps.

Lyris, vide Liris, per i. latinum.

Lymatia, Λυγατία, Chersonesus & parva regio Lyciæ. Gentile Lyr-  
naticus. Steph.

Lyrnessus, Λυγνός. Stephan. Oppidum facit Troadis ab Achille ever-  
sum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam à  
Græcis inferretur. Ex quo Briseida quoque abduxit, occiso Minete  
ejusdem oppidi principe, quæ inde Lyrensis ab Ovid. lib. 4. Trif.  
Eleg. 1. appellatur,

Fertur & abducta Lyrenside trifitis Achilles.

Lyrensis, a. um, inde deductum nomen, λυγνός, Stephano. Virg.  
lib. 10. Æneid.

— Lyrensis Acmon.

Ovid. 1. Epist. Briseidis ad Achillem,

Diruta marte tuo Lyrensis moenia vidi.

Lysander, λυγνός, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, quod  
odium totius Græciae in Lacedæmonios concitat. Hujus ductu Lacedæmonij Athenienses, ducemque eorum Cononen navali prælio  
superarunt: paulo post tamen eodem duce à Conone superati sunt  
terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam ejus  
vitam pete ex Plutarcho.

Lysanias, λυγνίας, Orator Græcus. Alter fuit Arcas, qui Lycaonem  
regno expulit.

Lysbona, vide Olisipo.

Lysiades, λυγνίδης, Atheniensis Phædri philosophi filius, de quo Cicero.  
Philipp. 5. sic scribit, Lysiades Atheniensem plerique novimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festivus,  
ut ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillimè possit  
convenire, &c.

Lysias, λυγνίας Syracusanus genere. Cephali filius, unus è decem orato-  
ribus, natus Athenis quod pater se transtulerat. Puer Thurion colo-  
niam migravit, redit annos natus quadraginta septem, interq[ue] prin-  
cipes oratores est habitus. De quo sic scribit Cic in Bruce, Tum fuit

Lysias ( inquit ) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed  
egregie subtilis scriptor atq[ue] elegans, quem jam propè audeas ora-  
torem perfectum dicere: ( nam planè quidem perfectum, & cui ni-  
hil admodum desit, Demosthenem facile dixeris ) nihil acutè inven-  
tus potuit in eis causis, quas scripsit, nihil ut ita dicam subdolè, ni-

lorum, quod ille non viderit. nihil subtiliter dici, nihil pressè  
intraproprio loco, quo fieri possit aliquid limatus: nihil contra gran-  
ulum incitatum, nihil ornatum, vel verborum gravitate, vel  
sententiarum,

sententiarum, quo quicquam esset clarius.  
Lysistrates, Λυσιστράτος, Atheniensis quidam, in quem aliquoties invehitur Aristophanes, quod capillos jam canos nigro colore inficeret, quod juvenis etiam tum videretur. Erat autem alioqui simus, & deformis, & furax, & largitor. adeo ut locum fecerit proverbio, Λυσιστράτος διεγδύεται σπανύδεις Αθλωσιαί, hoc est, Lysistrates largitor, Atheniensium Imperator, quo opportunè uteretur, quem significare voluerimus penes eos summam esse potestatem, qui ut honores lari-gitionibus sunt adepti, ita eisdem turpissimè habent venales. Author Suidas.

Lysidice, Λυσιδίκη, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pithei soror, quæ Electrii nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, ut inquit Plutarchus. Alij verò inter quos est interpres Homeris, matrem Alcmenes non Lysidicem Pelopis, sed Anaxo Ancei cuiusdam filiam dicunt.

Lysidicus, controversiarum diremptor.

Lysigamus, nuptias solvens.

Lysimachia, Λυσιμάχεια, vulgo Hexamili, Thraciæ Cherronei urbs, ad Hellestontum, ob terræ motum deserta. Plin. lib. 4. cap. 11. ¶ Fuit & Lysimachia Ætolia urbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam scribit Strabo lib. 10.

Lysimachia Plinio Λυσιμάχεια, Dioscoridi, Herba est, quæ vulgo Salicaria dicitur, sive quod folia habeat salicis, sive quod subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, sive ab inventore Lysimacho, sive magis τὸ λύσιμον τὸ μάχειον. Refert enim Plinius tantam huic herbae componendorum dissidiorum vim inesse, ut discordantibus etiam jumentis jugo imposita, asperitatem eorum cohibeat. Hujus variae sunt species. 1. Lysimachia lutea, sive flore luteo. 2. Lysimachium flore purpureo. 3. Lysimachij genus, secundum quosdam, dicitur herba, quæ Antony vocatur, & filius ante patrem.

Lysimachus, Λυσιμάχος. Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni, Pergamo præfuit, ubi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illiustrior fuit: amore literarum ac Philosophiæ ardebat adeo, ut Callisthenem tunc ab Alexandre afflictem, atque in vinculis habitum, de virtute differentem sæpius audiverit, poculūmque ei, ac remedium misericordiæ optanti propinaværit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni objecisse dicitur: sed ille viribus fretus tem posteris prodendam fecit, manum amiculo convolutam in os leonis inferens, artepta lingua feram exanimavit, quo facto vehementius postea Alejandro dilectus, & in honore maximo fuit. Vide Trogum lib. 15. ¶ Lysimachus, Λυσιμάχος, natione Acaianus. Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit: nullo utramkatis genere prædictus, nisi quod se Phœnicem: Alexandrum, Achilem: Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarch. in *Alexandro*. ¶ Lysimachus item aliis fuit, patriæ Atheniensis, Aristidis lusti filius, qui ob memoriam paternorum in Rem publicam meritorum, adeo charus populo fuit, ut quum à patre profus inops relietus esset: (fuit enim Aristides adeo pauper, ut in defuncti ædibus nihil præter veru ferreum fuerit inventum) publico tamen decreto centum ei agri consitit. totidemque inculti jugera in Eubœa fuerint assignata, centumque minæ ex publico numeratae, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide de his plura apud Plutarchum in vita Aristidis, & Demosthenem in oratione adversus Leptinum.

Lysiponia, labores, & lassitudines solventia. Tiraq.

Lysippē, Λυσίππη, una fuit filiarum Prætæ, quæ & sorores, quod se Iunoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, ut per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide Iphianissa.

Lysippus, Sicyonis clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur. quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab uno Lysippo se fingi voluit, ut pingi ab Apelle. Horat. lib. 1. Epist. ad Augustum,

*Editio vetuit, ne quis se prater Apellem,  
Fingeret, aut alias Lysippo duceret atra,  
Fortis Alexandri vultum simulanta.*

Cicero, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lysippus item Poëta comicus fuit, cuius fabulas enumerat Athenaeus.

Lysis, is, & iοs, Λύσις, id est, solutio, à λύσις, solvo. Cic. 3. Tusc. Ex quo ipsam ægritudinem, & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis, appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est januarum, id est, solutio continuï parietis. Vitruv. lib. 6. cap. 10.

Lysistratus, Λυσιστράτος, Lysippi statuarij frater fuit, qui primus signa ex gypso finxit. Vide Plin. lib. 35. cap. 12.

Lysius, Λύσιος. Liberi patris cognomen apud Boeotios, δέσμος γλύκεια, hoc est à solvendo impositum. Ferunt enim Boeotios aliquando à Thracibus deprehensos, partim captos, partim in fugam versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonij specum confugissent, visum est iis noctu, astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino somnōque obreptos inveniissent, nullo negotio superarunt: receptisque suis, quum in patriam rediissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecrarent. Autor Heraclides Ponticus. ¶ Iulius Pollux, deos omnes, qui averrūcandi mali gratia colebātur, Lysios vocari ait, quos & ἀλεξηγόρους, & δεσμονήσους, Græci nominant.

yssa, rabies canum sub caniculam. Lyta.

Lytæ, Λυτα. Exigua Thessalica regio, circa Peneum amnem: sic dicta; quod Neptunus dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberat. Lytheria, solutoria, signa morbi magni solutionem praecedentia. L.M. Lytherium, porcellus, cuius mactati sanguine linebantur manus ejus, pro quo expiatio fiebat.

Lythrambus, Λυθραμβος, Bacchi cognomentum, inde impositum, quod ex femore Iovis (cui interempta matre insertus fuerat) in lucem prodituro, identidem Jupiter inclamaverit, Λυθραμbus, id est solve futuram.

Lytiersis, cantilena messorum.

Lytron, lytrum, λυτρόν, redemptionis pretium, quod pro redemptione dependit: pretium redempti apud Livium: pretium quo captivi redimuntur. § GAL. Ranzon. ITAL. Riscatto. GERM. Losgelt / item Ranzon. HISP. Ranzon. §

Lytra, vel Lutra Hectoris, fabula quædam Ennij, quam è re ipsa inscriperat, quod scilicet Priamus comitatus Phrygibus in castra Graecorum venerat, ut filium Hectorem redimeret.

Lytræ, Λυτρα, genus vermiculi qui nascitur in lingua canum. § ANGL. A worme in a dogges tongue which maketh him mad if heabe not taken out. § Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 19. cap. 5.

Lytus, fluvius est minoris Asiae in Pontum defluens.

LYXEA, Λύξεια, Arcananiæ oppidum. Steph.

Lyxeus, gentile. Idem.

Lyzizōnā, mulier cui soluta zona, quæ cum viro concubuit. Suid.

## NOTÆ ANTIQUORUM.

L. Lucius, Lælius, libertus, locus, lector, Lollius, quinquaginta.

L. L. A. lex alia LA. C. Latini coloni. L. A. D. locus alter datus. L. AEL. Lucius Aelius. L. AG. lex agraria. L. AN. quinquaginta annis. Lucius Annus. L. AP. iudis Apollinaribus. LAT. P. VIII. E. S. latum pedes octo & semis. L. ADQ. locus adquisitus.

LB. liberi. L. BIB. Lucius Bibulus. L. B. M. D. locum benè merenti dedit. L. BO. Lex boaria. L. B. P. locus benè possessor.

LC. locus. L. C. Latini coloni. Lucius Cornelius. libertatis causa. Latini cives, seu Consules. LC. DIV. lucrum divinum. L. CÆ. vel L. COEL. Lucius Cælius, vel Cœlius. L. CENS. Lucius Censorinus. L. CIN. Lucius Cinna, lex Cincia.

LD. laudandum. L. D. locum deditum, lucrum deditum, legem dat. L.

D. A. B. M. Locum dedit Aelius benè merenti. L. DD. locus deditus. L. D. D. loco dono datus. L. D. D. D. locus datus decreto Decurionum, libens dono dedit, dicavit: libens dato decreto Decurionum. L. DD. D. locum Diis dicavit. L. DIV. locus divinus.

LEG. E. D. lege ejus damnatus. LEG. legio. LEG. III. ITAL. Legionis testis Italæ. LEG. X. legionis decima. L. EM. locus emptus.

L. F. Lucij filius: Lucius Flavius: Lucius Flaminius. L. FIL. Lucij filius, L. FV. Lucius Furius.

LG. legatus, leges, legatum. LG. D. legem dedit. LG. EG. lege egisse. LG. F. S. legem fecit suam. LG. PM. legem promisit. LG. S. F. leg. suam fecit. LG. S. I. legem servare jussit. LG. S. P. legem suam præcidit, promisit.

L. H. locum hunc, locus hæredum, locum hæreditatis.

LIB. libertas, libertus. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR. libertis, libertabusque, posterisque eorum. L. I. D. A. C. Lex Iulia de adulteriis coercendis. L. I. D. AVG. Lex Iulia Divi Augusti. L. II. locus injuria. L. II. Q. lex injuria. Quiritium. L. IMPL. locus Imperialis. L. II. F. locus inter fines. LITR. literæ, L. IV. REP. Lex Iulia repetundarum.

LL. Lælius. L. L. Lucij libertus. Livij libertus. Laudabilis loci. L. L. L. Lucij liberti locus. L. L. L. M. M. lacerat lacertum Largij mordax Memmius L. L. Q. E. libertis, libertabusque eorum. L. LVC. Q. F. Lucius Luceius Quinti filius.

L. M. Lucius Murena, locus monumeti, locus mortuorum. L. MAN. Lucius Manlius. L. M. D. locus mortuis dicatus, locus Manibus dicatus. L. M. E. lex mecum est. L. MV. Lucius Murena.

L. N. Latini nominis. L. NN. F. Lucius Nonius Faustinus.

LONG. P. VII. L. P. III. longum pedes septem, latum pedes tres.

L. P. locus proprius: lege punitus: Latini prisci: locus publicus, aut privatus. L. P. C. R. Latini prisci cives Romani. L. P. D. locus publice datum. L. PL. lex plebeia, locus publicus.

L. Q. S. locus qui supra. L. Q. S. E. locus qui supra est.

L. R. locus religiosus, lex Romana. L. RV. lex rusticana. L. R. I. lex Regis justa.

L. S. Laribus factum, locus sacer, lucum sacrum, Lucius Samius. L. SC. locus facer. L. S. DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L. S. PAL. loca sacra palatijs.

L. T. Lucius Tatius, legem tulit. L. T. RR. Latini patres.

L. V. quinquaginta quinque. L. V. Lex vetus. L. VAL. Lucius Valerius. L. V. CRE. Lucretius. LVD. AP. ludi Apollinares. L. VOC. lex Voconia. LVD. SÆC. ludi sœculares.

LX. sexaginta.













